



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructæ

De Provisione Et Obtentione Beneficiorvm

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

Capvt Tertivm. De institutione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74485)

2. n. 27. Castrop. loc. cit. p. 7. n. 2. citans c. *didicimus*, 24. q. 1. Lamb. l. 2. p. 1. q. 8. a. 9. & 10. Barb. p. 3. de post. Ep. alleg. 72. n. 88. & seq.

Quæstio 166. An patronus possit præsentare filium suum?

Respondeo affirmativè: nullibi enim talis præsentatio prohibetur; cum pater & filius sint personæ distinctæ, & licet quandoque in jure pro eadem persona usurpentur, ut *l. fin. c. de impub. & aliis subst. c. contradicimus*, 35. q. 3. hujusmodi tamen fictio juris, quæ reputantur una persona, in spiritualibus, & nominatim in electione & præsentatione, non attenditur. Abb. in c. *consuluit*, h. r. Barb. p. 3. de post. Ep. alleg. 72. num. 94. Azor. p. 2. l. 6. c. 21. q. 2. quos citat & sequitur Castrop. Corrad. l. 4. c. 2. n. 20. citans Paul. de Citad. r. de jure patr. q. 11. n. 95. Similiter avus præsentare potest nepotem, seu alios consanguineos. Corrad. *ibid.* gl. in cit. c. *consuluit*. Vivian. l. 6. c. 6. n. 23.

Quæstio 167. an donatarius præsentare possit donantem jus patronatus?

Respondeo posse: modò donatio hæc juris patronatus careat omni vitio suspitionis & fraudis. Proinde debet esse non tantum libera totius juris patronatus cum consensu Episcopi facta donatio, ut Paul. de Citad. ex Jo. And. in c. *ex insinuatione*, h. r. Sed debet insuper esse ita absoluta & perpetua, ut omne jus, quod donans in illo jure patr. habet, ab ipso plenè ac perpetuò translatur, ac penitus & in totum abdicatum esse censetur, ita ut nullum jus, sive cumulativè, sive privativè donanti reservatum censetur (adeoque id ipsum exprimi debet, quòd privativè donetur, cum ut dictum aliàs, si patronus donet jus patr. simpliciter, id intelligatur cumulativè, nò privativè) ut proinde donatarius sit effectus, & privativè (intellige respectu donantis) patronus, & proprio nomine præsentare possit, non pro unica vice tantum (tunc enim præsentare non poterit

donatorem, quia hoc modo non erit vera donatio) sed pro quavis vice, seu quoties beneficium vacârit. Corrad. loc. cit. num. 24. ubi insuper requirit, ut hæc donatio juris patr. facta sit, antequam Ecclesia patronata vacet, nec ad sit suspicio vacationis, Et licet hæc donatio fieret per patronum, postquam beneficium vacavit, vel cum instaret tempus vacationis, essetque facta donatio expressè vel implicite ad effectum, ut donans præsentetur à donatario, nullatenus subsisteret, foretque pactum & conditio fraudulenta & Simoniaca juxta Corrad. *ibid.* ubi citat pro hoc c. *fin. de præb. in 6.* Lamb. & c.

Quæstio 168. An præsentatus invalide ob crimen, emendatus dein, possit præsentari denuo?

Respondeo: videri posse, quæ in simili dicta sunt de electione, quæ etiam in præsentatione habere locum videntur, & sic expressè docet Abb. in c. *super eo. de elect. n. 4.* apud Laym. in *idem c. n. 2.* extendendum etiam ad præsentationem & collationem, quod communiter docent AA; quòd repulsus semel ob crimen eligendus aut promovendus non sit; hoc ipsum tamen, quia nullo textu juris vetatur, dum crimen plenè emendatum & sublatur supponitur. Laym. loc. cit. non nisi sub hac limitatione recipit; quòd talis repulsus non sit denuo promovendus, nisi superioris dispensatio, præmissâ cognitione de præsentate habilitate personæ, accedat; cujus hanc reddit rationem, quòd negari non possit per ejusmodi repulsam, renunciationem, depositionem personæ, affirmationem non parum gravari, ut nova promotio non ita facilè sit admittenda, sicut etiam quis ob crimen commissum circa ipsam electionem, præcipuè simoniam, redditur denuo ineligibilis; donec cum eo dispensetur, argumento c. *quisquis. de elect.* Laym. loc. cit. vide de his plura in 1. parte, ubi de personis, quibus conferenda beneficia, uti etiam de vitiatis corpore, infamibus, censurâ notatis, bigamis, & c.

CAPUT TERTIUM. DE INSTITUTIONE.

PARAGRAPHVS I.

De habente instituere.

Quæstio 169. An, & qualiter Episcopo competat jus instituendi præsentatos à patronis?

Respondeo primò: competere jure communi Episcopo omnes præsentatos à patronis ad quacunque beneficia suæ diocesis instituere. c. *ex frequentibus. de institut.* Abb. *ibid.* n. 2. Azor. p. 2. l. 6. c. 22. q. 2. Pirh. ad tit. *de institut.* n. 1. cum communi. Competitque hoc jus Episcopo etiam nondum consecrato; quia non spectat ad ordinem, & institutio non est actus

Ordinis, Bassa. To. 2. v. *beneficium* §. 5. n. 13. cum communi. Et sicut mox ab electione confirmata conferre potest beneficia juxta c. *nostri. de elect.* ita multò magis in iis instituere, utpote quod minus est, Lott. l. 2. q. 2. n. 9. comperitque hæc potestas instituendi, uti & confirmandi jure magistratûs, reputatû que inter jurisdictionalia tanquam fructus jurisdictionis. Lott. *ibid.* num. 17. citans Bellam. *conf.* 20. num. 13. Gamb. *de off. leg.* l. 3. n. 222. Secus ac contingit in potestate conferendi; hanc enim nullâ ratione cõpetere Episcopo ratione magistratûs, seu spectare ad eus jurisdictionem, ait Lott. n. 5. Sed esse potestatis accidentalis cujusdam, eodem nihilominus tempore concessæ, quo conceduntur seu imprimuntur ei jurisdictionalia; nimirum ex speciali concessione legis, Can. *omnes Basilicæ*, 16. q. 7. Lott. n. 12. ex Butrio *conf.* 19. num. 20. citante seipsum l. 1. q. 21. non enim omnia, quæ competunt magistratui alicui, competunt

tunt jure magistratus, sed aliqua possunt competere à lege citra imperium, & omnem jurisdictionem. Lott. *ibid.* n. 11. qui & n. 16. & seq. ait in hoc jus conferendi esse quid longè majus, & superare jus quodcumque eligendi, confirmandi, instituendi, quod non solum reputetur inter fructus Episcopales, sed & contineat meram gratiam seu potestatem gratificandi, dum jus instituendi, confirmandi sint de mera justitia, citat pro hoc Puteum *decis.* 396. n. 2. l. 1. in *novis.* Felin. in c. cum olim. n. 2. Bellam. ubi antè. Porro quomodo institutio auctorizabilis competat soli Episcopo, & ab eo auferri nequeat, vide Lott. l. 2. q. 12. & dicta à nobis supra.

Questio 170. An, & qualiter instituere competat capitulo sede vacante?

1. **R**espondeo: spectat ad capitulum sede vacante (seu ejus vicarium, Corrad. paulò post citandus) uti electos in beneficiis electivis confirmare, ita & presentatos instituere c. 1. h. t. instituere enim & confirmare minimè sunt libera, sed necessaria electo & presentato debita; unde etiam, ut Pirh. n. 5. h. t. per institutionem factam à capitulo sede vacante non creatur præjudicium Episcopo successori; utpote cui hac ratione nulla donationem seu liberalitatem exercendi auferretur occasio; dependetque potestas confirmandi & instituendi à jurisdictione; succedit autem capitulum Episcopo mortuo & sede vacante in omnia jurisdictionalia, maximè, quæ sunt jurisdictionis necessaria. Pirh. *loc. cit.* Corrad. in *pr. benef.* l. 2. c. 1. num. 78. & seq. Azor. p. 2. l. 6. c. 22. q. 3. Garc. p. 5. c. 7. n. 54. & c. Quale quid, cum non sit collatio, ut dictum, necessarium non est, quòd potestas conferendi beneficia, etsi eodem tempore cum jurisdictionalibus oriatur Episcopo, tamen unà cum jurisdictionalibus transeat in capitulum sede vacante. Lott. *loc. cit.* n. 13.

2. Censet tamen Lott. l. 2. q. 2. n. 34. quòd, dum institutio spectat ad Episcopum, & sunt plures presentati in concursu, ita ut sit locus gratificationi, collatio seu institutio tunc non transeat ad capitulum sede vacante: eò quòd licet tunc collatio non sit libera propter necessitatem providendi uni ex presentatis, lex tamen in individuo facultatem hanc gratificandi præservet Episcopo. in c. cum autem de *jure par.* Et sic electa censetur ad hoc industria persona Episcopi. An autem potestas faciendi alias collationes necessarias beneficiorum transeat quoque ad capitulum, dicitur, ubi agemus de collatione. Vide tantisper Lott. *loc. cit.* n. 23. & Garc. à n. 55.

Questio 171. An, & qualiter instituere competat Vicario generali Episcopi?

1. **R**espondeo: etiam si is jus non habeat conferendi beneficia sine speciali mandato Episcopi. c. *fm.* de *off. vic.* in 6. (de quo vide tantisper Garc. n. 81. & Laym. paulò post cit.) potest tamen ratione officii generatim commissi expedire ea, quæ sunt justitiæ & necessitatis, adeoque potest canonicè electos confirmare, & à patronis presentatos instituere absque speciali commissione, argumento c. ex *frequentibus.* h. t. Azor. p. 2. l. 6. c. 22. q. 3. Laym. *ad c. cum in generali.* de *off. vicar.* n. 9. citans Paris. l. 7. q. 24. n. 27. Bertachinum. de *Episcopis* l. 4. p. 7. q. 16. & plures alios. Garc. p. 5. c. 8. num. 84. & seq. citans Zerol. l. 3. var. c. 9. num. 7. Quintadven. l. 1. *Ecclesiastic.* c. 5. n. 7. pluresque alios, & insuper declarat S. Congreg. concil. de anno 1593. quam dicit habuisse se au-

thenticam, additque Garc. n. 88. idem procederet, dum esset locus gratificationi inter plures presentatos æque idoneos, citatque pro hac *decis.* Rotæ.

2. Idem quod hac in parte dicitur de vicario generali Episcopi, locum habet in vicario capituli sede vacante, ut Corrad. supra; cum eo ipso, quòd is eligatur à capitulo, transeat in eum tota jurisdictione competens ipsi capitulo sede vacante. Unde nec videtur ad instituendum necessaria aliqua specialis commissio. Garc. p. 5. c. 7. n. 28. quamvis si de facto capitulum det vicario à se electo limitatum mandatum, reservando sibi aliqua, non videatur vicarius posse exercere potestatem in illis, quæ sibi capitulum reservavit, ut Garc. *ibid.* n. 30. & seq. citans Sua. To. 5. d. 7. f. 3. n. 13. Guttier. & c. contra Ugolin. qui vult, non pendere talem vicarium omnino ab auctoritate capituli, cum datus sit auctoritate Trident. quod Suar. *loc. cit.* refutat.

3. Denique potest quoque fieri institutio presentati, etiam per vicarium foraneum Episcopi in loco diocesis deputatum, si ex vi suæ deputationis ibi exerceat jurisdictionem; siquidem presentatio etiam facta coram vicario foraneo tribuit jus; & quia talis vicarius jurisdictionem habet in illo loco, ibi facere poterit omnia, quæ Vicarius generalis totius diocesis. Corrad. l. 4. c. 7. n. 26. citans Rot. in *una agrigent. beneficii* 12. Nov. 1601. & Garc. p. 6. c. 2. n. 123.

Questio 172. An, & qualiter jus instituendi competat aliis Episcopo inferioribus?

1. **R**espondeo: clericis aliis Episcopo inferioribus jus instituendi, etsi non competat de jure communi, competere tamen potest de jure vel causa speciali, puta ex fundatione, donatione, privilegio, prescriptione, consuetudine, statuto, & c. Corrad. l. 4. c. 7. n. 2. Bassus *ro. 2. v. benef.* §. 5. n. 12. Pirh. h. t. n. 6. Card. de Luc. de *jurep. d. l. 4. n. 32.* citans Barb. de *post. Ep.* alleg. 72. n. 176. Lott. 62. q. 12. Azor. *cit. c. 22. q. 3.* Et hoc extendendum etiam ad beneficia curata, ut Laym. *ad c. cum satis.* de *off. Archid.* Sic itaque competere potest ex fundatione, dum fundatur beneficium eà conditione adjecta ex consensu Episcopi, ut institutio illius sit penes Decanum, Præpositum certæ Ecclesiæ, vel Archidiaconum, & c. Vel penes certum conventum clericorum, vel Universitatem scholasticorum. Auctores iidem, vel etiam ad simplicem canonicum, vel prælatum, etiam regularem; quamvis agatur etiam de beneficio seculari. Card. de Luc. *loc. cit.* Quod attinet ad concilium Trident. *sess.* 14. c. 12. dicens: in casu fundationis aut donationis hujusmodi institutio Episcopo, & non alteri inferiori reservetur, ait Card. de Luca. *ad Trident.* d. 11. n. 27. Concilium non alterasse per hæc legem particularem fundationis aut consuetudinariam, seu privilegiam instituendi potestatem. In declarationibus etiam S. Concilii apud Galliam. ad dictum locum dicitur: in Ecclesiis, exemptis non potest reservari institutio alteri, quam Episcopo, nisi rector illius loci fuerit ordinarius, ordinariusque fungatur jurisdictione; neque vicarius Episcopi potest sede vacante instituere presentatum à præsentis patronis.

2. Nihilominus Corrad. l. 4. c. 3. n. 27. inquit: licet fundator de consensu Ordinarii possit in limine fundationis apponere quascumque condiciones, etiam contra jus; post Trident. tamen expressè prohibens reservari inferiori Episcopo hanc facultatem instituendi, non potest, etiam cum consensu Ordinarii, dicta facultas inferiori reservari, quamvis non-

nonnulli contrarium tēnerint, visūque non semel fuerit, per summos Pontifices haec instituendi facultatem Ordinario inferioribus fuisse reservatam, Papā contra concilii decreta in favorem patronorum laicorum sic volentium disponente. Idem cum Corrad. tenet Barb. *juris Eccl.* l. 3. c. 12. n. 208. iniquiens: potest etiam apponi in fundatione conditio, ut institutio spectet ad inferiorem personam Ecclesiasticam; id tamen hodie per Trid. corrigitur, quo cavetur, ut deinceps in fundatione vel dotatione Ecclesie institutio rectoris Episcopo, non alteri inferiori sit reservanda.

3. Sic competere ex donatione, potest enim Episcopus cum consensu Capituli inferiori pralato ejusque dignitati conferre jus spectans ad dignitatem Episcopalem, & nominatim jus instituendi, argumento *c. cum venissent. h. t. Pirh. n. 9.* citans Abb. *in cit. n. 4.* Sic per prescriptionem seu prescriptam consuetudinem, jus instituendi potest obvenire abbati, prapposito juxta *c. cum olim. & c. auditis. de prescript.* ut Pirh. n. 6. citans Abb. *in c. ex frequentibus. h. t. n. 3.* Sic ad pralatos, etiam regulares, in Ecclesiis iis pleno jure subjectis (secus est de Ecclesiis iis subjectis non pleno jure) spectat jus instituendi, argumento *clm. unic. de excessibus pral.* Pirh. *cit. n. 6.* citans Barb. *Pafl. loc. cit.* citans gl. *in c. Abbatis. v. pleno jure. de privileg. in 6.* An autem & qualiter institutio auctorizabilis transire possit in monasterium, dictum est supra ex *Lot. l. 2. q. 12.*

4. Porro posse spectare jus instituendi ad duos, & posse inferiorem acquirere jus instituendi cumulative ad Ordinarium, refert Garc. *p. 5. c. 9. n. 94. & 95.* & ex eo Corrad. *l. 4. c. 7. n. 22.* juxta decis. *Rota in una Lomensis Capellania. 17. Junii 1591.* & in eadem eoram eodem Penna 29. *Maii. 1592.* in qua citatur *Paris. in c. auditis. de prescript. n. 12.* Felix. *in c. pastoralis. de off. Ordinar. n. 2.*

Questio 173. Num instituere possint Abbatisse & Priorisse?

Respondeo: illas etiam jurisdictionis spiritualis, ejus præsertim, quæ est clavus Ecclesiastica, ad solvendum & ligandum sint incapaces, nihilominus ex commissione pralatorum habere usum quandam seu exercitium spiritualis jurisdictionis, ita ut clericos, etiam ad parochias, aliaque beneficia sibi pleno jure subjecta instituant. Laym. *in c. dilecta. de majoritate & obed. n. 1. & 2.* citans Sylv. *v. Abbatissa. Azor. p. 2. l. 13. c. 10. q. 6.* & seipsum *Tb. Mor. l. 1. v. 5. p. 1. c. 3. n. 4.*

Questio 174. An, & qualiter potestas instituendi competere possit laico?

Respondeo primo: competere potest, & quandoque, etsi rarissime, solet laico potestas instituendi ex privilegio speciali sedis apostolicæ, utentis plenitudine potestatis. Corrad. *l. 4. c. 7. n. 28.* Laym. *in c. nullus. de elect. n. 15. & 17.* Si enim à Papa iis concedi potest, & quandoque solet, potestas conferendi liberè, Laym. *ibid. n. 14.* multò magis à dicendum videtur de potestate instituendi seu conferendi necessariò ad præsentationem patronorum; quia hæc potestas minor est.

2. Respondeo secundò: de ceterò nullatenus laici (intelligendo hoc de meris laicis & secularibus personis; secus enim est de laicis, qui religionem professi censentur personæ Ecclesiasticæ, Laym. *cit. n. 14.* in fine citans Selvam *p. 2. q. 19.*) per consuetu-

P. Lauren. Fori Benef. Tom. 11.

dinem etiam immemoriam jus instituendi (idem est de jure conferendi) præscribere possunt. Laym. *loc. cit. num. 15.* Corrad. *cit. n. 28.* ubi tamen ait, posse laicum instituere ex consuetudine immemoriali, modò ea fuerit per Papam approbata, citatque Lamb. *p. 3. l. 2. n. 12.* Ratio responsionis est, quòd, cum jus instituendi non secus ac conferendi & eligendi (quin & magis quàm jus eligendi, ut notant AA. *in c. si tibi. de prab. in 6.* & specialiter Selva *loc. cit. n. 5.* apud Laym. *cit. n. 15.*) sit spirituale, à laico possideri nequit juxta *c. sacrosancta. c. Messana. de elect.* qui autem est incapax possessionis, est etiam incapax prescriptionis; cum, ut habetur *reg. 3. de reg. juris. in 6.* sine possessione prescriptio non procedit. Laym. *ibid.* citans Abb. Hostien. &c. Unde licet verum sit, quòd si unà cum tempore immemoriali fuit in quasi possessione conferendi vel instituendi (tunc enim allegare poterit titulum optimum, ad eoque in præsentem unicum, nempe concessionem Apostolicam) Laicus ob difficultatem exhibendi privilegii relinquendus sit in exercitio juris instituendi aut conferendi propter prescriptionem, quæ in tali casu pro ipso est; non tamen ideo dicendum, illum præscripsisse, seu in vi prescriptionis obtinuisse hanc potestatem; si enim constitit postmodum nullum revera illi desuper datum privilegium, potestas hæc instituendi illi auferenda. Proinde si solam consuetudinem immemoriam (quæ abusus & corruptela dici debet, juxta *c. sacrosancta. & c. Messana*) non tantum in conscientia tutus esse non potest, sed & subiacebit poenis Ecclesiasticis istiusmodi usurpatoribus statutis. Laym. *loc. cit.* qui etiam *n. 17.* addit, quòd licet per speciale privilegium institutio seu collatio laico concessa esset; non debere tamen eam extendi ad desituendum seu deponendum, & removendum institutum, citat Abb. *in c. cum ex injuncto. de hereticis. n. 3.*

Questio 175. An, & qualiter valeat institutio facta ab inferiore existente in quasi possessione instituendi, et si revera à parte rei non habeat jus instituendi?

Respondeo: valere à tali factam institutionem, & esse à tali institutum non minus tutum, quàm electum, vel præsentatum, vel provisum ab existentibus in quali possessione eligendi, præsentandi, conferendi. Corrad. *pr. benef. l. 4. c. 4. num. 11.* citans Lamb. *p. 2. l. 2. q. 4.*

Questio 176. An, & qualiter reservetur institutio Papæ, & qualiter is tunc procedat in institutione?

Respondeo reservari quandoque facultatem instituendi à fundatore ipsi Papæ, ita ut à Patrono nominata persona præsentetur Papæ ab illo instituenda. Corrad. *l. 4. c. 7. n. 29.* In quo casu etsi porrigenda sit Papæ supplicatio (cujus formulæ *ibidem* apponit Corrad.) quæ juxta stylum Datarie contineat admissionem præsentationis, ac petitionem institutionis; nihilominus postmodum literæ apostolicæ super ea sub alia formula quòdam institutionem prædictam per Cancellariam apostolicam expediuntur; nimirum in iis fit tantum mentio præsentationis; non autem institutionis, sed tantum collationis, v. g. si dictæ literæ expediuntur in forma dignum seu commissaria, dicitur: *auctoritate nostrâ conferas & assignes; si in forma gratiosa, dicitur: conferimus, vel providemus;* non autem dicitur: *instituas seu*

H

insti-

instituitur: Collatio enim Papæ comprehendit in se provisionem, electionem, præsentationem, confirmationem, institutionem: atque ita provisio Papæ sufficit pro institutione. Corrad. *ibidem*, citans Rotam in una Cortonenſi plebania, 1. Julii. 1633. coram Ghislero. Idem fusi habet Corrad. l. 4. c. 3. n. 21. ubi etiam dat rationem, quare Papa in provisione istiusmodi beneficiorum jurispatr. non servet aut servare teneatur formam *c. fin. de elect. in 6.* quia nimirum in provisionibus Apostolicis de beneficiis jurispatronatus, sive laicalis, sive Ecclesiastici non proceditur per viam confirmationis; quod tantum locum habet in Ordinario, qui præsentationem patronorum debet confirmare, præsentatum instituendo, citat pro hoc Abb. in *c. nihil. de elect.* De cetero, quænam institutio in beneficiis patronatus vacantibus sit reservata per regulam; vide apud Lott. l. 2. q. 8. n. 8. qui ex Covar. *pract. qq. c. 36. n. 5.* ait, id intelligendum de Episcopatibus & dignitatibus, de quibus dicta regula.

Quæstio 177. Qualiter, & ad quos devolvatur res instituendi?

1. **R**espondeo primò: ob non factam à patrono præsentationem potestas liberè conferendi devoluta est ad Ordinarium; & si is non contulit intra 6. menses, fit devolutio ad Superiorem ejusdem beneficii patronati. Lott. l. 2. q. 13. n. 60. Verum sic non tam institutio respiciens præsentationem factam, quam institutio sine præsentatione; adeoque magis propriè dicenda collatio, devolvitur ad dictum Superiorem.

2. Secundò: in casu, dum facta legitime præsentatione, patronus vel etiam præsentatus ob plus à quò dilatam institutionem ab habente instituere appellationem, aut querelam prosequitur apud Superiorem seu judicem, potestas instituendi non devolvitur ad dictum judicem, qui de gravamine cognoscit, vel querelam recipit, nisi per indirectum; si enim procedatur per viam querelæ (cui tunc est locus, ubi nullum gravamen positivè supponitur, sed solum negligentia & mora in instituendo) poterit aditus Superior præfigere terminum habenti instituere, intra quem, si nolit instituere, tunc ipse loco illius poterit instituere. Lott. *loc. cit. n. 65. & 66.* juxta decif. Rotæ. 4. *de jure patronatus. in novis.* & ex eo Corrad. l. 4. c. 3. n. 12. Si autem procedatur per viam appellationis à gravamine positivè illato; sive quia expressè sit denegata institutio, sive quia ter solenniter requisitus obstinate distulit; facultas instituendi videtur devolvi ad dictum Judicem appellationis; seu judicem ad quem, eò quòd, ut Franc. in *c. bona. de appell. n. 12.* hic præcipuus sit effectus appellationis; ut negotium, de quo appellatum, devolvat. Lott. n. 67. & hanc sententiam tenet gl. in *Clement. auditor. v. debitum de rescript. & Card. ibidem n. 12.* Veruntamen, quod nunquam potestas instituendi vel conferendi (quidquid sit de potestate confirmandi, de qua videtur esse textus in *c. significaverunt. de excep.*) etiam si appellatio pronuncietur legitima, devolvatur ad dictum judicem aut alios delegatos, nec aliter posse eos concipere sententiam suam, quam remittendo præsentatum ad Ordinarium, seu habentem instituere, ut ipse eum instituat, tenet ipse Lott. n. 70. & 72. citans pro hoc Innoc. in *c. dudum. 2. de elect. n. 5. & 6.* Jo. And. in *c. M. Ferrar. de constitut. n. 21.* Franc. ubi antè. & Rotam in *Arenina capellania. 4. Julii 1603. &c.* Nihilominus tradit Lott. num. 71. in dicto casu appellationis devolvi &

spectare jus instituendi ad auditores Rotæ, in quorum favorem emanavit *Clem. auditor. de rescript.* de iis solum, & nullatenus etiam de aliis auditoribus ejusdem Curia, v. g. Auditore Camera, Auditore contradictarum, ut ait Lott. n. 74. juxta gl. in *eandem Clem. & Gonz. gl. 23. num. 16.* intelligenda. Quamvis citato n. dicat idem Lott. ex Franc. ubi antè n. 27. dictam *Clem.* non procedere ex suppositione simplicis appellationis à gravamine; sed ex suppositione commissionis Papæ super toto negotio; quin & n. 76. & 77. addat, facultatem hanc instituendi non esse singulariter concessam Auditoribus Rotæ per dictam *Clem.* eò quòd, dum Auditor in eo casu instituit, non nitatur privilegio dictæ *Clem.* (utpote concedentis privilegium longè pinguius; nimirum facultatem conferendi) sed potius facultate sibi competente de jure communi tanquam delegato. Unde etiam n. 79. ait idem Lott. quoriscunque supponitur appellatum in ipso articulo denegatæ institutionis, & causa per speciale rescriptum commissa extra Rotam, sive etiam extra curiam cum clausula consueta devolutionis totius negotii principalis, se tenere, posse judicem institutionem facere ei, cui ea de jure debita, atque ita de jure salvari posse quòd ad simplicem usum & praxin retulit Riccius *collect.* 1598. Quibus addit Corrad. l. 4. c. 3. n. 12. quòd testatur Garc. p. 5. c. 8. n. 103. servari in praxi, quòd delegari à Nuncio in causis Capellaniarum, & beneficiorum jurispatronatus, in gradu appellationis faciunt institutionem & collationem; possit hæc praxis salvari & sustineri ex clausulis commissionum cum incidentibus dependentibus annexis, & c. quas clausulas semper adjicit Papa, dando similes commissiones in gradu appellationis, ex qua curia Romanæ observantia tenuerint nonnulli, quòd vigore dictæ clausulæ delegatus per Papam ad hujusmodi causam possit etiam procedere ad institutionem præsentati; quòd tamen ait Corrad. non videri sibi tutum.

PARAGRAPHVS II.

De necessitate, modo ac tempore faciendæ institutionis.

Quæstio 178. An, & quando institutio sit debita presentato?

Respondeo tunc demum esse debitam, ubi apud habentem instituere hæc 4. liquent; nempe vocatio beneficii, existentia jurispatronatus, habilitas præsentati, & præsentatio facta in tempore. Lott. l. 2. q. 13. n. 19. citans Rotam, decif. 337. n. 1. p. 2. recent.

Quæstio 179. Qualiter subveniatur, si negetur aut differatur institutio?

Respondeo satis id indicatum q. ult. §. precedentis, quibus addendum, quòd ait Lott. *cit. q. 13. n. 69.* in casu non denegatæ, sed simpliciter plus à quo dilatæ institutionis frequentius & tutius præsentari, ut impetretur provisio à Papa, asserendo simpliciter, se præsentatum à patronis.

Questio 180. An per appellationem suspendatur executio institutionis?

Respondeo: dum processum & appellatum est extrajudicialiter, appellatio non suspendit executionem institutionis. Lott. l. 2. q. 13. n. 81. Garc. p. 9. c. 4. n. 19. ex Lancell. de attentatis. p. 2. c. 4. n. 614. & 627. Cuchio, & Qui de appellatione extrajudiciali intelligunt c. constitutis. de appell. Unde addit Garc. n. 20. ex eod. Lancell. quod dum institutio non habet vim diffinitivam, sed fuit facta extrajudicialiter sine contradicatore, & capta possessio pendente tali appellatione, nequaquam censeri debent pro attentatis; cum eo casu appellatio tanquam interlocutoria non debeat facere attentata, ut Lancell. Quod si tamen processum judicialiter, & institutio facta in contradictorio judicio seu sententia lata super ea facienda (licet enim isti actus electivi & provisiivi sint extrajudiciales, nihil tamen est, quin etiam judicialiter promoveri possint ex alterius legitima, vel saltem colorata contradictione. Lott. n. 85. & 86. afferens decis. Rotæ) causa est appellabilis, & appellatio suspendit executionem institutionis, & institutio facta pendente tali appellatione à sententia Ordinarii, uti & subsecuta acceptio possessionis sunt attentata; Lott. loc. cit. à n. 30. juxta plures Rotæ decis. Garc. loc. cit. n. 16. citans Jo. And. Lap. Franc. & c. item n. 21. citans Brederod. de appell. p. 1. r. 20. Marcum Ant. Genuens, & c.

Questio 181. An, & qualiter institutio sit irrita, si facta neglecto presentato, vel etiam absque consensu & presentatione patroni?

Respondeo: esse irritam ipso jure, si fiat neglecto vel spreto patrono. Barb. l. 3. juris Eccl. c. 12. num. 163. Castrop. cit. p. 9. n. 5. juxta c. discernimus. 16. q. 7. & gl. ibidem. Nec obstat. c. illud. de jure patronatus, ubi institutio facta sine presentatione illorum, ad quos pertinebat, non dicitur irrita; sed irritanda; cum satis tritum sit in jure, rō irritanda saepe sumi pro declaranda irrita. Castrop; ibid. sic inquires notasse Azor. p. 2. l. 6. c. 22. q. 8. Gonz. ad reg. 8. gl. 56. n. 78. Unde id sic limitat, vel potius declarat Barbof. quod talis institutio, seu potius collatio facta ab Episcopo vel alio inferiore, ad quem spectat institutio, sine consensu & presentatione patroni, sit & maneat firma, patrono non reclamante, vel presentante alium intra terminum datum ad presentandum; irritetur autem, & ex tunc à jure reputetur irrita, ex quo patronus presentat alium, aut expresse contradicit; eod quod tunc, & non aliter spernatur patronus; citat pro hoc Garc. p. 5. c. 9. n. 232. Riccium. in pr. fori Eccles. resol. 174. Paris. de resign. l. 8. q. 10. n. 11. Zerol. in pr. Episc. p. 1. v. jus patronatus. §. 8. dub. 3. & c. Idem tenet Less. l. 2. de just. c. 34. n. 39. inquires, talem collationem evanescere, si patronus intra tempus sibi datum se opponat; si autem se non opponat, manere validam; Unde etiam valebit institutio facta incio patrono, si is postmodum in eam consentiat. Item si Episcopus, presente & tacente patrono, aliquem instituat; Bassæ. To. 2. v. benef. §. 5. n. 14. citans Lambertinum.

Questio 182. Cum quibus qualitatibus fieri debeat institutio, & que inutiliter ei adjiciuntur conditiones.

Respondeo ad primum: quemadmodum presentatio, ita & institutio fieri nequit, nisi cum qualitatibus requisitis secundum institutionem.

P. Lauren. Fori Benef. Tom. II,

nem & naturam beneficii, sive requisitis à fundatore in limine foundationis, et si juri communi contrariis, aut aliàs à jure communi, dum ex legibus foundationis non contrariantur, Corrad. l. 4. c. 6. n. 41. & 42. cum communi.

2. Respondeo ad secundum: ex conditiones inutiliter adjiciuntur institutioni (intellige, à fundatore) quæ vel naturæ, seu secundum rerum naturam sunt impossibiles, aut impossibilibus æquivalentur ob nimiam difficultatem, vel impossibiles sunt, aut contra substantiam beneficii, vel contra substantiam testamenti, vel denique contra perpetuam legum prohibitionem eas improbantur; Lott. l. 1. q. 32. n. 21. & seq. Vide dicta sub initium part. 1. de legibus adjectis fundationi beneficii.

Questio 183. An, & qualiter institutio fieri possit extra territorium & diæcesin habentium institueret?

Respondeo: quemadmodum Episcopus extra propriam diæcesin electiones confirmare vel infirmare, ita etiam instituire potest in beneficiis; contradicatore tamen non apparente; ac sic non instituire in judicio contradictorio. Idem est de aliis inferioribus institutoribus (& nominatim de Vicario generali Episcopi. Castrop. de benef. r. 13. d. 2. p. 30. n. 17. Garc. p. 5. c. 8. n. 138. juncto 142.) est enim institutio actus voluntarius & extrajudicialis. Corrad. in pr. benef. l. 4. c. 2. n. 84. citans Franc. in c. fin. de elect. n. 9. Gonz. ad reg. 8. gl. 62. n. 9. & c. Garc. loc. cit. Castrop. loc. cit. Quod si autem ad institutionem procederetur (idem est de confirmatione) cum causa cognitione & discussione, intellige, judiciali contradicatore apparente, non potest fieri extra territorium, nec causa cognitio seu processus, nec institutio, nec confirmatio; si fit in sententia nisi de consensu judicis loci, & partibus non contradicentibus; quamvis lata sententiâ intra territorium de instituendo, institutio ipsa fieri possit extra territorium; quia jam est actus extrajudicialis & voluntaria jurisdictionis. Garc. loc. cit. citans Lamb. p. 2. l. 2. q. 2. a. 6. & 7. & Sanch. de matr. l. 3. d. 8. n. 6.

Questio 184. Qualiter facienda institutio, dum ex diversis qualitatibus spectat ad eundem presentare, & institueret?

Respondeo: secundum diversos casus, quos congerit Lamb. h. r. p. 3. c. 2. a. 19. apud Corrad. l. 4. c. 7. n. 20. non debere unico actu expediri institutionem & presentationem; sed separatim; prius nimirum faciendo presentationem, & postea institutionem: primò dum Episcopus foret simul Abbas alterius Ecclesiæ, in qua Episcopus haberet jus instituendi in aliqua Ecclesia patronata, & qua Abbas jus patronatus in eadem Ecclesia; quamvis, ut ait Corrad. citans pro hoc c. olim. de sent. & rejud. & ibi Felin. n. 1. & 2. in hoc casu melius esset, ut quæ Abbas per procuratorem suum presentet, & ipse, quæ Episcopus presentatum instituat. Secundò: dum quis ratione suæ prælaturæ haberet instituire in beneficio, in quo ratione patrimonii sui habet jus patronatus: est enim hoc jus patronatus laicale, & sic separatim ab Ecclesia & dicta prælatura. Tertio: dum quis habens jus patronatus, & simul instituire, habet compatronos; tunc enim ut compatronus presentabit cum aliis compatronis, & dein instituit. Quarto: dum compromittitur jus presentandi seu presentare in habentem instituire. Quinto:

ed dum Episcopo tanquam privata persona esset facta donatio juris patronatus. Sexto: dum jus patronatus translatum est in aliquem habentem instituire cum reservatione, ut presentet cum consilio alicujus, vel presentet aliquem de tali familia, ait enim Corrad. in hoc casu actus presentationis & institutionis esse separatim expediendos. Septimo: dum ad Superiorem jure devoluto, patronis v. g. negligentibus presentare, spectaret provisio, presentatio autem fieri debuisset sub certa forma, quæ observanda quoque veniret per illum, ad quem devolveretur provisio, ne illis prejudicaret. qui in presentatione debebant intervenire; necessarium enim tum ait Corrad. ut provisio fiat duobus actibus, & non esse in optione dicti Superioris, facere illam duobus, vel unico actu.

2. E contra habens instituire & simul presentare diverso jure, seu ex diversis qualitatibus, poterit unico actu expedire provisionem. Primo: si prelato habenti instituire, non tanquam privata persona, sed tanquam Rectori, seu ratione Ecclesie transcriptum à laico fuisset jus patronatus integrum, erit in ejus arbitrio, an velit providere unico actu, ut Corrad. quamvis dicant alii confundendam tunc institutionem cum collatione, & unico actu absolvendam provisionem. Secundo dum jure devoluto provisio beneficii patronati spectaret ad habentem instituire. Denique dum quis eodem jure haberet utramque potestatem instituendi & presentandi, posse illum eodem contextu se expedire, dicit Corrad. ed quod collatio habeat vim electionis, presentationis, confirmationis, & institutionis.

Questio 185. An, & qualiter institutioni pramittendum examen & approbatio?

1. **R**espondeo ad primum: præviè ad institutionem requiritur examen habitum à locorum Ordinariis super instituendi idoneitate, c. ex frequentibus. h. tit. in quo, ut observat Pirh. h. r. num. 3. nomen institutionis accipitur latius pro omni provisione non libera, hoc est, non solum pro ea, quæ fit ad nominationem seu presentationem aliorum, sed etiam ad electionem. Sic quoque in Trident. sess. 7. c. 13. præcipitur, ut presentati vel nominati à quibuscumque personis Ecclesiasticis (multò magis ergo à laicis. Pirh. h. r. n. 3.) etiam Sedis Apostolicæ Nunciis ad quævis Ecclesiastica beneficia, non instituantur, nec confirmentur, nec admittantur cum prætextu cujuscumque privilegii aut consuetudinis, etiam immemorialis; nisi fuerint prius à locorum Ordinariis examinati & idonei reperti, & nullus appellationis remedio se tueri possit, quò minus examen subire teneatur; Pirh. loc. cit. citans Garc. p. 9. c. 3. n. 5. Qualiter autem in provisione beneficiorum curatorum seu parochialium examen præmitti debeat, explicat Trident. sess. 24. c. 18.

2. Respondeo secundo: præviè ad institutionem in beneficio curato requiritur quoque approbatio Ordinarii, ita ut nullà consuetudine induci possit, ut in Ecclesiis Episcopo subjectis ministri curati sine ejusdem approbatione instituantur. Laym. ad c. cum satis. de offic. Archid. citans Trident. sess. 7. c. 13. Azor. p. 1. l. 5. c. 19. §. consuetudo; consuetudo enim perniciosissima Ecclesiis prævalere nequit; esset autem perniciosissima Ecclesiis, si sine cognitione & consensu supremi in dicecesi pastoris, nempe Episcopi, inferiores curati instituerentur. Item Episcopus curam parochiarum sibi subjectarum deponere nequit, sed providere debet, ut populus bene pascatur

in spiritualibus, sacra legitime ministrantur &c. Quod curare non potest, nisi sciat, qui & quales curati præficiantur. Unde, licet inferior Prelatus per consuetudinem acquirere possit jus instituendi, etiam ad curata beneficia; sed non sine examine & approbatione Episcopi. Laym. loc. cit. juxta c. ad hæc. de off. Archid. Et sic in specie non valet, ut Archidiaconus curata beneficia conferat sine consensu Episcopi. Laym. in paraphrasi ad tit. c. cum satis. de off. Archid. Vide tamen, quæ hanc in rem dicta fuerunt ex Castrop. cap. præced. ad q. qualiter patronus privetur jure presentandi ob presentatum inhabilem: nimirum dum Episcopus patronus presentat clericum suæ diocesis instituendum ab alterius diocesis Episcopo, non debere hunc examinari ab Episcopo instituente, sed ipsam nominationem illius approbationem: vide etiam, quæ habet C. ad l. 4. c. 2. n. 5. ubi quòd si presentatus absens non est Ordinario, non requiritur examen ad finem institutionis faciendæ citat pro hoc c. constitutus. de appell. c. nullus d. 24. & Lamb. p. 1. l. 2. a. 2. n. 1. qui etiam id hac ratione confirmat: quòd si Ordinarius absenti conferre (intelligo, libere) possit beneficium juxta c. si tibi absenti. de præb. in 6. possit etiam illud conferre absenti presentato noto: Habebunt autem hæc præcipue locum, ut Corrad. ubi instituendus est diocesanus instituentis; quia tunc idoneitas illius præsumitur nota Ordinario, cum de illo possit habere perfectam noticiam, ut Gonz. ad reg. 8. gl. 4. num. 18. maxime si presentatus suscepit Ordines ab Episcopo instituente.

Questio 186. An ad valorem institutionis requiratur scriptura seu litera institutionales, opusque sit certâ ceremoniâ?

1. **R**espondeo ad primum negative: quia litera non tam requiruntur ad essentiam institutionis, quam ad probationem: potest proinde institutio non secus ac collatio libera fieri verbo vel scripturâ, & non minus per factam verbo, quam per factam scripto consequitur quis titulum beneficii. Laym. ad c. nostri. de elect. n. 4. Nihilominus bonum est scripturam adhiberi; servaturque in praxi de communi stylo, ut institutio semper fiat in scriptis, quin & cum interventu & rogatu Notarii in presentia duorum testium, ut ita semper illa facilius probari possit. Corrad. l. 4. c. 7. n. 21. ex Vivian. l. 13. c. 1. n. 5. Istituti modi verò formulam institutionalem subjicit Corrad. num. 24. quam usitatam ait in Curia Archiep. Neapolit. Aliamque satis amplam formulam, ex qua alia formulæ concipi possint secundum diversitatem casuum, ait haberi apud Lamb. p. 3. l. 2. a. 25. n. 11.

2. Occasione quorum notandum, Institutionem distingui in verbalem, per quam jus & titulus beneficii conferuntur: & realem, per quam fit introductio in possessionem. Pirh. ad h. r. n. 3. & alij; in qua divisione videtur institutio verbalis comprehendere illam, quæ fit ore tenus, & quæ fit in scripto seu verbo scripto; & sic opponi institutioni reali, quæ videtur simul habere vim institutionis & missionis in possessionem, uti supra de investitura dicitur.

3. Dum jus instituendi ad duos cumulativè spectat, facienda est sententia, & subscribendum ab utroque Corrad. cit. n. 21. juxta decis. Rot. in una Comensi Capellania.

4. Respondeo ad secundum etiam negative, dum autem quandoque unà cum institutione verbali seu traditione tituli datur investitura per impositionem

nem bireti, vel quid simile, id institutioni, quæ tali est per accidens.

Questio 187. Num canonicè institutus, etiam verbaliter solum, statim capere possit possessionem, administrare, & jura beneficio suo competentia exercere?

Respondeo ad hoc respondendum infra, ubi de possessione beneficii.

Questio 188. Num, si quis presentatus semel coram Episcopo, & dein coram alio inferiore ab eodè patrono, eò quòd is verisimiliter putavit pertinere instituere ad inferiorem, ad quem tamen re ipsa non spectat, possit regredi ad priorem presentationem, & vilius valide institui?

Respondeo: posse talem juvari ex priore valida presentatione, ob probabilem errorem facti circa jus singulare, & hoc supposito, non arctari presentatum alterutram presentationem eligere, sed posse utramque prosequi. Lott. l. 2. q. 13. n. 89. & seq. eò quòd licet remittentibus jus suum non detur regressus; hoc tamen semper intelligatur, nisi remittens esset aliquo modo excusabilis; sicut in simili, licet in iudiciis non permittatur variatio circa actionem, ea tamen adhuc conceditur, dum quis iusto errore incompetentem actionem elegerit. Lott. num. 92. & seq. Sed neque ob stare videtur textus c. ut quis duas. de elect. in 6. ubi dicitur habentem duas electiones in eadem Ecclesia, non posse nisi unam prosequi, petendo illius confirmationem, adeòq; compellendum eligere alterutram, ne cum ipsius Ecclesie vel adversarii sui, si quem habet, discrimine incerto vagetur (quippe dum petitio vagatur in incerto, si sub ea obtineatur confirmatio vel institutio, hæc quoque erit super incerto) unde sequitur, per optionem factam de una electione prosequenda ita extinguit effectum alterius, ut ad eam non detur regressus: nam id applicari nequit terminis presentationis & institutionis; dum enim quis duas habet presentationes, sive ab uno, sive à duobus patronis coram diversis presententibus jus instituendi fit, ut licet utramque quis promoveat, eo ipso tamen quòd eas non promovet, coram uno eodèq; habente instituere, sed singulas singulariter coram singulis institutoribus, prorsus cesset illa ratio incertitudinis, atq; ita dispositio citati textus. Lott. à num. 69. sed & ut per electionem unius via præcludatur altera, seu recessus ad alteram, requiritur, ut isti: electio fieri debeat juris necessitate, & non sit purè in simplici arbitrio alicujus, uti, quæ ipse velit, viâ; necessitas enim electionis, quæ consumit optionem, differt ab ipsa potestate eligendi: cum hæc oriatur ex mera voluntate, ista ex facto extrinseco jubentis; Item ut deaegeret regressus, requiritur, rem desisse esse integram; uti fit, dum per electionem unius via queritur alteri jus respectu alterius; cessant autem hæc omnia in presenti controversia prosecutionis plurium presentationum; cum nullibi injecta sit hæc necessitas eligendi unam viam à jure aut justificatione alterius, neque per talem optionem alicui jus respectu alterius.

Lott. à num. 105.

* *

P. Leuren. Fori Benef. Tom. II.

Questio 189. Intra quod tempus fieri debeat institutio?

1. Respondeo primò: à jure communi nullum præfixum esse tempus institutori ad instituendum, tradit Corrad. l. 4. c. 7. num. 11. Lott. cit. q. 13. num. 59. citans Abb. con. 28. num. 2. p. 2. & aliquot Rotæ decisi, non debere tamen a quò longius protrahi institutionem; quin &, dum nihil obstat, quod superiorem à faciendâ sententia institutionis retrahat, omnibus probatis teneri illum eam ferre, & compilato processu statim presentatum instituere, ait ibid. Corrad. (quamvis ibid. num. 26. dicat, remanere in arbitrio superioris, an velit statim probatis omnibus de jure requisitis instituere presentatum, nec ne; cum ei non sit tempus statutum ad instituendum, sicuti est patrono ad presentandum) Item ex Rocho. v. honorificum. q. 25. num. 55. & Abb. in c. 2. de concess. præb. quòd habens instituere non habet tempus prolixum, sicut is, qui habet conferre; cum institutio fiat de persona presentata; unde nihil superest superiori faciendum, nisi presentatum examinare. Concedere nihilominus semestri institutori videtur Castrop. loc. cit. p. 5. n. 3. dum ait, non posse eum ultra semestrem prorogare institutionem, quin ea devolvatur ad Superiorem.

2. Notandum etiam, quòd Castrop. de benef. d. 3. p. 4. num. 10. ait, institutionem beneficiorum jurispatronatus non esse faciendam durante termino concessio patronis ad presentandum, eò quòd durante illo tempore possit fortè alius patronus apparere, & presentationem facere, cui juri derogandum non est; præterquam quòd patroni laici possint durante quadrimestri variare; quare si de facto contingeret presentationem ante lapsum quadrimestri vel semestri fieri, & illâ factâ novus appareret patronus, & poterit revocari, revocanda esset.

3. Respondeo secundo: solere quandoque fundatores in fundatione præfigere certum terminum, intra quem institui debeat presentandus: Item in Dataria Apostolica concedi quandoque solent electiones beneficiorum cum reservatione jurispatronatus adjectâ temporis, etiam parvi, præmittione ad instituendum, qui terminus quantumcunque parvus servandus est, ne aliàs devolvatur institutio ad alium. Corrad. cit. num. 11. Interim patrono jus suum perire nequit ex quacunque procrastinatione institutoris. Lott. cit. num. 59. Non tamen licebit presentato, quantumcunque institutor differat institutionem, se in beneficioingere ante ipsam institutionem; aliàs omne jus sibi quæsitum per presentationem amittit, & non evadit prævas contentas in c. avaritia. de elect. in 6. quidquid aliqui quòd ad hoc postremum dixerint in contrarium contra communem opinionem & praxin. Corrad. à n. 13.

Questio 190. Num institutio fieri possit diebus feriatis seu festivis, vel etiam post obitum presentantium?

1. Respondeo ad primum affirmativè: cum similes actus provisi sunt extrajudiciales, Lott. cit. q. 13. num. 85. citans Gemin. in c. concertationi. de appell. in 6. num. 3.

2. Respondeo ad secundum etiam affirmativè: idque verum, etiam si jam alii patroni successerint. Corrad. cit. q. 7. n. 23. citans Vivian. l. 12.

c. 5. num. 35.

H 3

Questio

Quaestio 191. An institutio fieri possit ante lapsum terminū edicti, & sic facta sit nulla?

Respondeo: institutio facta ante lapsum terminū edicti, est nulla. Corrad. l. 4. c. 3. n. 30. & 28. citans Riccium in *pr. fori Eccl. decis.* 161. Quin & facta vix elapso termino habetur pro praecipitata, & est nulla tanquam facta non adhibita cognitione causae; ad validitatem enim institutionis pertinet, ut praemittatur cognitio horum 4. vacationis beneficii, clarae existentiae juris patronatus, habilitatis praesentati, praesentationis factae in tempore, quae licet supponi videantur in ipso actu praesentationis valido; supponuntur quidem simpliciter in isto actu, discutienda tamen, antequam deveniatur ad institutionem. Lott. l. 2. q. 13. num. 57. & 58.

Quaestio 192. An necessario, qualiter, quo fine, & ordine, ad quem effectum ante institutionem praemittendum edictum?

1. Respondeo ad primum: post factam praesentationem, & praesentati acceptionem necessario expedienda sunt literae edictales seu edictum, quo citentur, seu vocentur omnes, quorum interest; ita ut sine hujus edicti citatorii legitima publicatione facta institutio sit nulla. Pirh. ad *h. r.* num. 3. Corrad. l. 4. c. 3. num. 28. citans Riccium, Garc. p. 9. c. 4. num. 1. (qui etiam num. 2. ait expressè id procedere in Canonicatibus, aliisque simplicibus beneficiis, citans pro hac Jo. Andr. Anchar.) Lott. l. 2. q. 13. num. 20. & 23. ubi ait, quod propter omissionem dicti edicti vitietur actus institutionis ipso jure propter decretum irritans appositum in *can. paulo* post citando, ut communiter DD. (quorum plures citat, uti & plures Rorae decis.) in *c. finale. de elect.* quem textum, etsi expressè non nisi de confirmatione electionis loquatur, extendi tamen ad institutionem, uno ore, ut ait Corrad. num. 20. faterentur AA. & nominatim Garc. *loc. cit.* citans gl. Jo. Andr. & c. in *cit. c. Lamb. p. 2. l. 2. q. 6. 4. 2. q. 12. Flores de Mena. Roch. & c. contra Bellamer. decis. 619.* & quosdam alios. Ait nihilominus Lott. num. 24. & seq. quod etsi eadem ratio, super qua fundatur dispositio *cit. c.* (nimirum quod nemini, ut ait Apostolus, citò manus imponenda; ne competitor aliquis seu oppositor legitimus supplantetur) locum habere videatur in institutione, sicut in electionis confirmatione; & hinc dictum textum sic interpretentur de institutione quoque DD. hoc tamen inductum per interpretationem non habeat tantam vim, quantum haberet, si specialiter quoque sic statutum de institutione in *dicto cap.* Ed quod licet quilibet institutio amplietur & restringatur ad limites rationis in ea expressae, adeo etiam, ut eadem ratio decidat omnes casus, non per extensionem, sed per comprehensionem, ad instar generis complectentis omnes suas species; id tamen procedat in ratione identica, non in similitudinaria, ut Suar. de *ll. l. 6. c. 3. num. 3. & 4.* & quidem non nisi in identica adaequata, & usque adeo intrinseca & universali, ut omnes casus, qui ejus vi in lege comprehenduntur in ordine ad justitiam & prudentiam legis necessario connectantur; ita ut sit contra rectam rationem & prudentiam, in quibusdam casibus tantum, & non in omnibus eandem rationem participantibus disposuisse, ut Suar. *loc. cit. num. 20. & 21.* Quapropter ait Lott. à n. 28. quantum pertinet ad vim obligativam, non videtur in hac materia institutionis, & sic diversa à ma-

teria confirmationis pluris aestimanda ea interpretatio, sive extensiva, sive comprehensiva, quam simplex interpretatio probabilis, non necessaria; utpote quae à prudentum interpretatione tantum dependet; cum necessaria ad solum principem spectet; uti etiam, quod nomine *electionis* late sumptu veniat ipsa praesentatio, & quod dicta ratio non videatur extranea ab actu institutionis, non tam necessario, quam probabiliter tantum, extensionem hujus textus ad institutionem importat; nam neque dicta ratio ita est intrinseca utrique materiae, confirmationis nimirum, & institutionis; ut hos casus connectat in ordine ad justitiam legis, & prudentiam legislatoris, & hinc legislator redargui possit injustitiae, aut imprudentiae, cur magis eam rationem applicaverit materiae confirmationis, quam institutionis, alterive simili, prout requiritur ad effectum, ut extensio sortiatur plenam vim obligativam; cum dicta ratio, nempe desertio celeritatis, non militet in omnibus casibus, sed plures sint, in quibus celeritas commendetur, reprobeturque ab Apostolo celeritas, sed indidrecta; ut Lott. à num. 32. Ex quibus omnibus concludit Lott. n. 34. non male pronunciatum à Rota apud Bellamer. *cit. decis. 619. cit. c. fin.* inducere jus novum, à communi exorbitans, ac proinde extendi ad terminos confirmationis, & non extendi ad materiam institutionis, sustentabilemque esse opinionem Bellamer. in ipsa vi obligatoria legis, tamen si dicat praevallere sententiam contrariam, eamque communiorem esse.

2. Porro requiri adhuc dictum edictum sub pena nullitatis institutionis, dum agitur de prima praesentatione & institutione in beneficio recens erecto, vacante à primava illius institutione; dum fundator adhuc vivit, & praesentatur is, quem patronus voluit primò habere beneficium, isque notoriè esset bonus & idoneus, tradit Corrad. *loc. cit. num. 27.* Argumento *dicti cap. fin.* dicens, esse sententiam in praxi receptam ex omnium Curialium Ecclesiasticorum communi observantia, contra Lamb. p. 2. l. 2. a. 8. q. 6. Item requiri adhuc edictum tanquam de substantia, idem Auctor tradit; etiam si beneficium juris patronatus de proximo vacavit, & in illius vacatione omnes solennitates, juxta dictum *c. fin.* servatae fuerint; ita ut constet, praesentantes fuisse patronos, & in quasi possessione praesentandi, praesentatum idoneum, nullumque adesse competitorum, aut compraesentatum; ed quod interim potuisset aliquis reperisse aliqua jura, ut contradicere possit, & si citaretur, illa produceret; alias non citat pro hoc Lamb. *ubi ante a. 13. num. 1.* Et in summa lex illa de ponendo edicto officit, seu obligat omnes inferiores Papae Ordinarios, qualescunque illi sint, in tantum, ut quis Legatus Papae in provincia sibi demandata Ordinarius reputatur, juxta *c. 2. de off. leg. in 6.* juxta *gl. v. reputantes;* nisi & ipse praemittat hoc edictum, institutio per ipsum facta de praesentato coram illo sit ipso jure nulla. Lott. l. 2. q. 13. n. 42 & 43, citans Rotam in *Valentina beneficii,* 10. Martii 1617.

3. De cetero opus non est edicto, ejusque omifio non impoat nullitatem institutionis, primò in Ecclesiis, ubi non viget usus istiusmodi edicti; ed quod, cum appositio & publicatio edicti sit juris positivi, contra illud praevallere potest consuetudo. Garc. p. 9. c. 4. num. 10, citans Aym. *conf. 63. n. 2.* & Rotam. & num. 12. subdens, quod, cum ista consuetudo non sit contra jus clarum, sed contra communi-

muniorum opinionem & decisiones Rotæ, sufficere decennalem, Corrad. *loc. cit. num. 29.* citans Riccium *resol. 160. num. 76.* Lott. *loc. cit. num. 36.* dicens, valere tantum necessitatem ponendi edicti, ubi contrarium consuetudine aut jure aliquo singulari non est receptum, citat pro hoc Puteum. *decis. 298. l. 1.* (qui tamen dicat alleganti hujusmodi consuetudinem incumbere onus probandi illam) & *num. sequenti* addit: cum objicitur defectus hujus edicti contra possessorem beneficii, cui nulla est necessitas justificandi titulum, solum possibilitatem hujus consuetudinis objectum elidere. Quin etiam *num. 39.* subdit ad evitandam penam nullitatis institutionis ex omissione edicti sufficere quamcunque causam apparentem, v. g. quia unus ex patronis ore tenus sibi (intellige, ad quem spectat publicatio edicti) dixisset, se consentire in præsentationem ab altero; vel quia per sententiam iudicis appellationis sibi iustum fuerat, illico progredi ad institutionem sine aliquo edicto.

4. Secundò: locum non habet, neque ullatenus requiritur in institutionibus Apostolicis, dum nempe Papa in suis casibus de beneficiis juris patronatus, sive laicalis sive Ecclesiastici, sive in forma gratiosa, sive in forma dignam providet; quæ provisiones Apostolicæ succedunt loco institutionis non quidem ex eo, ut Lamb. *l. 2. p. 2. q. 6. a. 3.* quod dictæ provisiones potius sint solidæ collationes, quam institutiones; sed ex eo, quod in his cesset ratio doli considerata per text. *cit. c. fin. Lott. l. 2. q. 13. num. 41.* & ex eo Corrad. *l. 4. c. 3. num. 21.* & *num. 24.* hanc etiam dans rationem: quod Papa non ligetur constitutionibus juris positivi, possitque tollere & supplere solemnitates juris, & quod ad beneficia patronatus Urbis suæ præsentati & certâ scientiâ purget omnem suspensionem; quare necesse non est, ut servetur subtilitas juris juxta quod Bald. in *l. rescriptum. c. de precibus Imperatori offer.* in consistorio Principis non curatur de subtilitatibus juris; quia attenditur magis veritas, quam iudiciorum ritus: & ideo dicimus, quod coram Principe juris ordo non servetur. Unde jam fit, ut neque Executor literarum Apostolicarum, datarum cum clausula: *verificato prius coram te jure patronatus:* teneatur proponere edictum; sed sufficiat simpliciter verificari jus patronatus ac præscriptum. *Trid. sess. 22. c. 9.* omittis requisitis per *cit. c. fin. AA. idem l. cit.*

5. Tertio: non requiritur edictum, quando Ordinarius, non ex vi præsentationis confert beneficium juris patronatus, sed quia ejus collatio ob non factam in tempore præsentationem ad eum devolvitur; lex enim *cit. c. fin.* servanda non est in libera collatione, ut rectè Vivian. *l. 9. c. 1. num. 8.* apud Corrad. *loc. cit. num. 23.* dum autem collatio ad Ordinarium ob dictam rationem devolvitur, is liberè confert beneficium. Corrad. *ibid.*

6. Respondeo ad secundum: ubi hujusmodi edictum exigitur (cujus formulam vide apud Lamb. *l. 2. p. 2. q. 6. a. 22. num. 2.*) attendendum, ne in aliquo substantiali illius peccetur; ut ait Lott. *loc. cit. n. 44.* Requiritur itaque primò, ut in edicto terminus competens, juxta quod dicitur *cit. c. fin.* habitâ scilicet ratione distantia loci, in quo morantur, de quorum præjudicio agitur; dilationes enim iudicis arbitrio commixtæ sunt ex locorum distantia & negotiorum qualitate. Lott. *num. 45.* Secundò: necessaria est assignatio termini peremptorii, hoc est, quo perimatur ulterior disceptatio, & qui non pa-

titur adversarium ultra tergiversari. Corrad. *loc. cit. num. 30.* ex Vivian. *Lott. num. 46.* dicens id perpetuò verum, ubi unicum edictum sub unica citatione proponitur. Tertio: non sufficit citatio generalis per edictum illorum, quorum interest, sibi qui sint, qui se velint opponere; sed requiritur citatio specialis & nominatim facta, si appareat oppositor, seu ubi prætendentes jus patronatus sunt certi, ita ut aliàs edictum & institutio secuta sint nulla. Garc. *loc. cit. num. 8.* citans desuper claram Rotæ *decis. in una Forolivienfi juris patronatus 8. Febr. 1599.* Corrad. *cit. c. 3. num. 28.* citans Vivian. *l. 10. p. 2. num. 20.* subdit tamen Corrad. ubi est contrarius usus, nimirum non citandi alios certos patronos citatione speciali, sufficit sola citatio generalis, prout servari in aliquibus Hispaniæ partibus, nominatim in Episcopatu Abulensi, testatur Garc. *cit. num. 12.* Quarto: debet affigi in loco publico (puta ad valvas vacantis Ecclesiæ, seu in qua situm beneficium aut altare, vel Ecclesiæ Cathedralis, aut majoris illius loci, ut Corrad. *loc. cit. num. 33.* ex Vivian. *l. 9. c. 1. num. 5.* ne quid fraudis suspicari possit. Corrad. *ibid. Lott. num. 27.* juxta Gl. in *cit. c. fin.* qui etiam addit *num. 48. & 49.* debere quoque legitime constare non solum de affixione; sed etiam de reflexione; & sic, quod fuerit lectum, atque ibi relictum per congruum tempus; nec stari simplici assertioni Notarii sine testibus; citat pro hoc potestremo Puteum *decis. 5. l. 3.* & pro altero Cassador. *decis. 4. de dolo.* & aliquot Rota *decis.*

7. Respondeo ad tertium: necessitas hujus edicti intenta est ad promovendum ipsum instituendum; non autem ad validandum actum præsentationis præcedentis, ad quem nemo vocandus est. Lott. *cit. q. 13. num. 21.* citans Aym. *cons. 6. n. 1.*

8. Respondeo ad quartum: effectus seu virtus hujus edicti præcipua est; quod factâ præsentatione, etiam per patronum putativum, & post lapsum termini patronus alius, etiam verus & legitimus comparens pro ista vice non audiatur. Lott. *num. 50.* Corrad. *num. 31.* Garc. *p. 9. c. 4. n. 14.* Nec suffragatur tali comparenti post terminum edicti elapsum, quod nondum elapsum sit quadrimestre, vel semestris datum patronis ad præsentandum; quia non proponitur edictum nisi post factam ab aliquo præsentationem, & sic in actu isto consumitur dilatio ista quadrimestris, vel semestris, & in ipso edicto præfigitur terminus contra omnes in genere: unde licet patrono postea comparenti non imputetur, quod non præsentaverit in termino edicti; cum edictum id non contineat; imputatur tamen, cur in termino edicti non comparuerit, & deduxerit jus suum. Lott. *num. 52. & 53.* citans Lamb. & Rot. Verùm intelligenda hæc, dum secuta est institutio, & res non est amplius integra; re enim adhuc integrâ, seu necdum factâ institutione, etiam post terminum edicti, comparens verus patronus præsentare potest, & admitti debet ejus præsentatio (saltem dum impeditus fuit, vel in veritate edictum ignoraverit; ut indicare videtur Corrad. *cit. n. 31.*) ita AA. *idem*, contra citatos ab illis Felin. Oldr. Roch. tenentes; etiâ re integrâ, adhuc talem venientem post terminum edicti audiendum & admittendum non esse; qui tamen videntur id velle de eo, qui etsi sciret edictum, & impeditus non fuit, venit ferius, de quo idem expressè sentit Lott. *num. 56.* dum etiam ait, si iustum impedimentum non adduxerit; semper posse videri rem minus integram, ut admitti possit, idque etiam, si subsecuta

institutio invalida valido edicto: citat pro hoc Rotam. Item intelligenda sunt, dum edictum & subsequens institutio sunt valida; si enim institutio fuisset invalida; puta, quia precipitata, vel facta contra mentem fundatoris, non esset attendenda; nec ullum præstaret impedimentum, quò minus veniens post elapsum terminum edicti, & subsequens talem invalidam institutionem præsentare possit. Similiter edicto existente nullo, inde quoque; inficeretur institutio, res profus reputaretur adhuc integra, & deberet admitti, qui se opponeret. Lott. num. 54. & 55.

PARAGRAPHVS III.

De Personis instituendis &c.

Questio 193. Quando in potestate institutoris sit gratificari uni ex præsentatis præ alio?

1. Respondeo primò: aliter non est locus gratificationi, quàm dum vota sunt æqualia. Lott. l. 2. q. 11. num. 134. juxta text. c. cum autem, de jure patronatus.

2. Respondeo secundò: ex pluribus præsentatis ab eodem patrono æquè dignis liberum est institutori instituire, quem maluerit. Castrop. cit. d. 2. p. 9. num. 1. Barb. de potest. Episc. p. 2. alleg. 72. num. 199. juxta cit. c. autem, & à tali gratificatione non datur appellatio. Corrad. l. 4. c. 6. n. 56. citans Fusc. de visit. l. 2. c. 10. num. 3. Vivian. l. 10. c. 4. num. 9. Lott. l. 2. q. 51. num. 47. cum, ut Lott. talis gratificatio pendeat à libera facultate Episcopi. Idem dicendum videtur, nimirum quòd institutor gratificari possit uni ex pluribus æquè dignis præsentatis æqualiter, seu in æquali numero suffragiorum à diversis patronis; sic supponunt Lott. loc. cit. Corrad. & Castrop. & expressè tenet Less. cit. c. 34. n. 33. contra Pirh. ad tit. de jurep. n. 100. ubi ait: nequidem in hoc casu posse institui etiam digniorem; eò quòd neutra præsentatio sit valida; cum ad validam præsentationem requiritur, ut facta sit à majori numero patronorum, & ut in discordia præsentatus non solum majoribus adjuvetur meritis, sed etiam plurium approbetur consensu, juxta cap. quoniam; Possè tamen adhuc uni præ altero gratificari in hoc casu, si patroni ab initio convenissent, præsertim sub juramento, se non variaturos, nec alium præsentaturos.

3. Respondeo tertio: dum ex æqualiter præsentatis, sive ab uno, sive à diversis patronis, alius alio est notabiliter dignior, non est locus gratificationi; sed tenetur tunc (etiam sub mortali, ut expressè Vivian. de jure patronatus. l. 16. c. 9. num. 5. apud Corrad.) instituire digniorem. Pirh. loc. cit. Corrad. l. 4. c. 6. num. 51. Barb. loc. cit. nu. 200. Roch. v. honorificum. q. 15. Azor. p. 2. l. 6. c. 22. q. 14. Lopez. &c. quos citat & sequitur Castrop. num. 3. Argumento c. si forte. d. 63. ubi præcipitur Metropolitanò præferre electionem dignioris, non ob aliam rationem, quàm quia maximè decet, ut in jure æquali electionis præferatur is, qui Ecclesiæ utilior & convenientior est; quæ ratio, cum in institutione æqualiter locum habeat; idem de ea affirmari debet: contrarium sentientibus Jo. And. Host. Cardin. & aliis in cap. cum autem. apud Castrop. eà nixis ratione; quòd neque jure positivo, neque naturæ obligetur ad hoc institutor: non

jure positivo; quia id nullibi cautum in eò reperitur; citatus autem textus c. si forte. loquitur tantum de electione Episcoporum: non natura, quia ex majore vel minore dignitate non competit præsentatis jus aliquod speciale ad beneficium. Quòd si tamen idoneus magis idoneo prælati fuerit & institutus, tenebit institutio, magis idoneo tamen non appellante. Corrad. num. 52. citans Rot. Porro non statim censendus dignior, qui sanctior & doctior; sed qui juxta munus & rem, cui præficiendus, est aptior. Corrad. cit. num. 52. ex Vivian. loc. cit. sic quoad dignoscendum hanc majorem dignitatem qualitas originis debet præferri extraneo, & diocesanus non diocesano magis idoneo. Corrad. loc. cit. num. 54. citans c. nullus. & ibi Gl. d. 61. Mandos. ad reg. 16. q. 43. n. 3. Marc. Anton. Variar. resol. l. 1. resol. 104. n. 2. &c. & quod potius oriundis, quàm externis conferenda sint beneficia, ait Covar. q. pract. c. 35. num. 5. Paris. de resign. l. 4. q. 7. num. 1. Gonz. ad reg. 8. gl. 9. §. 1. n. 37. &c. apud Corrad. item præferendus actu sacerdos non sacerdoti, maximè, cum Capellania habet annexum onus legendi missas; etsi enim ea per hoc non sit sacerdotalis (possunt enim missæ illæ legi per alium) reddit tamen illum magis idoneum præ non sacerdote. Corrad. ibid. ex Vivian. ubi ante num. 9. & Garc. p. 7. c. 9. num. 11. Item pauper præferendus diviti, præsertim si pauper sit nobilis. Corrad. num. 53. ex eodem Viviano. Præferendus tamen dives pauperi, ubi Ecclesia debitis onerata. Corrad. ex Vivian. & Barb. alleg. 72. num. 205. siquidem ut gl. in c. constitutus. v. impositam. de appell. per manus divitum Ecclesiæ sustentantur, & augentur; à Clericis pauperibus sæpe spoliantur, pro sublevandis eorum familiis; & ut gl. in cit. c. ex literis. de pignore, bona prælati sunt hypotheca Ecclesiæ, si malè administrantur; & in prælato paupere Ecclesia caret refugio talis hypotheca; Quas gl. offas refert Felin. in c. ad aures. num. 1. de rescriptis. Item præferendus est, qui est de linea fundatoris, etsi id fundator expressè non requisierit. Corrad. loc. cit. citans c. bona. de postul. & ibid. Abb. in præl. & Vivian. ubi ante. num. 11. & citam ab eo Rotam in Romana Capellania. 15. Jan. & 15. Martii 1564. Item cæteris paribus potens præferendus est impotenti; quia melius potest Ecclesiam conservare. Corrad. n. 55. citans Gl. & Abb. in c. constitutus. de appell. sic præferendus non beneficiatus beneficiato (maximè tante decreto Trident. sess. 24. c. 17. quòd singulis personis singula sint conferenda beneficia) etiam si beneficiatus talis paratus esset petere dispensationem super pluralitate beneficiorum; cum ille magis sit idoneus, qui non eget quàm qui eget dispensatione. Corrad. n. 56. & n. 5. citans Decium conf. 542. n. 14. & Seraph. decis. 767. n. 1. & non egens dispensatione sit habilis de jure communi; egens autem dispensatione per viam dispensationis & privilegii potentius autem sit jus commune, quàm privilegium. Corrad. ibid. n. 54. citans Vivian. in c. 9. n. 29.

4. Quæ cum ita sint, debet Institutor præferre præsentationem magis rationabiliter factam; cum gratificatio sit facienda cum judicio rationis; ac proinde attendere debet & cogitare, meliorem electionem seu præsentationem debuisse & potuisse facere clericum, quàm laicum; Corrad. ibid. ex Lamb. p. 3. l. 2. a 17. n. 6.

5. Denique hic observandum ex eodem Corrad. n. 57. & seq. circa hanc gratificationem, sæpe haberi recursum ad sedem Apostolicam; ex parte illius, qui

scit

fit se presentatum à medietate patronorum, pe-
tendo ab eadem Sede provisionem cum derogatio-
ne pro altera medietate (si enim orator non expref-
serit presentatum esse alium à medietate, provisio
Apostolica erit nulla) cum clausula preservativa
juris tertii dummodo tempore data presentium non sit in
eodem beneficio alteri jus questum: quod si autem ante
obtentam gratiam Apostolicam alter ex presentatis
à medietate esset institutus, & gratificatus ab
Ordinario, perinde esset, ac si solus fuisset presenta-
tus, unde posterior provisio apostolica obtrata ab
altero presentato ab altera medietate ei non suffra-
garetur.

6. Observandum etiam ex eodem n. 59. hujus-
modi gratificationis negotium locum non habere
in beneficiis liberæ collationis; dum illa esset si-
multanea Episcopi & Capituli, vel inter alios, &
casus daretur, quod Episcopus uni, capitulum alteri
contulisset; tunc enim neutra valeret collatio ex
eo, quod ad invicem se impedirent, ut Gonz. ad reg.
8. gl. 45. n. 58. de quo vide Corrad.

*Questio 194. An, & quando Institutor possit
instituire alium à presentatis?*

1. Respondeo primò in genere: non posse Epi-
scopum legitime factà presentatione idonei,
vel idoneorum non presentatum instituire; seu ei
liberè conferre beneficium, constat ex saepe dictis.

2. Respondeo secundò in specie: si duo sint à di-
versis patronis presentati, nec appareat in presentati-
one inæqualitas, non posse adhuc tunc Episcopum
instituire tertium aliquem, tanquam probabi-
lius tradit Castrop. loc. cit. n. 4. contra Sylv. v. jus-
patr. q. 8. Vafq. Opusc. de benef. c. 2. §. 1. dub. 5. n. 16. A-
zor. p. 2. l. 6. c. 21. q. 19. censentes contrarium, eò,
quod nullo jure cogatur Episcopus instituire al-
ter utrum ex presentatis; cum patroni in presentan-
do non sint concordēs, quorum sententiam reputat
probabilem Less. loc. cit. n. 33. rationem dat Castrop.
quod, sicut in Electione non potest contem-
nere electos, & alium non electum confirmare, ut constat
ex c. si forte. d. 63. ubi committitur Metropolitanò
in pari electione præferre digniorem, & cavetur fie-
ri ordinario illius, qui non fuit postulat; sic etiam
non possit presentatos contem-
nere, & alium non
nominatum instituire ob eandem rationem; ne scilicet
populus beneficiatum non optatum contem-
nat, aut oderit; Idem cum Castrop. tenet Pirh. de jure
patr. n. 100. hoc etiam addens, sive presentati æqua-
liter sint æquè digni, sive unus altero dignior, ad-
huc non posse institui tertium intra tempus à jure
datum ad presentandum; quia quamdiu hoc tem-
pus elapsum non est, non devolvitur collatio ad E-
piscopum; sed debere moneri patronos, ut variant;
Quod si patroni constituisent, ab initio præferim,
sub juramento, se non variaturos, nec alium præsen-
taturus; eò quod tunc tali conventioni contraveni-
re nequeant, posse Episcopum instituire tertium, et-
iam si datum tempus ad presentandum non sit ad-
huc elapsum; verum ut dictum q. precedentis; alio niti-
tur fundamento; nimirum quod talis presentatio
facta in discordia cum paritate votorum non sit va-
lida.

3. Respondeo tertio: posse tamen Episcopum be-
neficium conferre liberè tertio, dum ex duobus le-
gitime & æqualiter presentatis alterum prælegere
nequit sine scandalo. Lott. l. 2. q. 6. n. 27. juxta c. quo-
niam in quibusdam, quod tamen intelligitur non de
scandalo simplice seu lite, neque de scandalo juris;

sed de scandalo facti, & quidem atroci, & cui Ju-
dex occurrere nequeat; Lott. ibid. juxta declaratio-
nem Lapi, alleg. 78. n. 15.

*Questio 195. Quis institui debeat ex pluri-
bus, sive simul sive successivè presentatis in-
æqualiter, hoc est, non habentibus paria pa-
tronorum suffragia?*

1. Respondeo presentatus à pluribus, si habilis
est, debet præferri aliis, & institui. Lott. l. 2. q.
11. n. 132. Less. l. 2. c. 34. n. 33. Corrad. l. 4. c. 6. num. 44.
cum communi juxta c. quoniam de jure patronatus,
proceditque id ipsum, etiam si presentatus à minore
parte patronorum, haberet majores qualitates, seu
esset magis habilis præ presentato à majore parte.
Lott. ibidem. citans Lamb. l. 2. p. 3. q. 4. n. 1. Garc. p. 9. c.
2. n. 257. Gut. ier. qq. can. c. 11. n. 20. & Rotam. in Pam-
pilon. Parochialis. 26. Julii. 1626. Unde & presentatus
à majore parte patronorum solus debet subijci exa-
mini. Lott. ibidem. n. 133. juxta eandem Rotæ decis.
in qua declaratum, injustè processisse Ordinarium
stante inæqualitate votorum, qui utrumque præsen-
tatum jussit examinari.

2. Respondeo secundò in specie: si duo sint pa-
troni, clericus & laicus; uterque presentavit Ti-
tium, laicus paulò post variat, addendo Cajum, Ti-
tius est instituendus; quia habet suffragium & à cle-
rico & à laico patrono, Cajus à solo laico. Pirh. ad
tit. de jure patronatus, n. 100. Castrop. cit. p. 9. n. 6. ci-
tans Abb. in c. cum autem de jure patronatus. nu. 4. Ti-
raq. de primog. q. 17. opin. 2. l. n. 5. Barb. p. 3. de pot. Ep. ab-
leg. 72. n. 166. & 198. Procedit id ipsum, etiam si præ-
sentatus à laico & Ecclesiastico sit minus idoneus,
quam alter presentatus à solo laico; quia non ex di-
gnitate presentati, sed ex presentatione ipsa jus
acquiritur; dignitas autem spectatur maxime, dum
in presentatione est æqualitas. Castrop. loc. cit.

3. Respondeo tertio: presentatus tamen habilis à
minore parte præferendus est, & instituendus præ
presentato inhabili à majore parte; eò quod hujus
presentatio perinde habetur, ac si non fuisset facta;
Corrad. l. 4. c. 6. num. 2. citans c. dudum. de elect. & ibi.
Abb. ult. notat. & Roch. h. r. v. honorificum. q. 16. n. 34.
& Rot. decis. in una Pampilon. beneficii. 13. Jan. 1591.
quam recitat Garc. p. 9. c. 3. n. 88.

*Questio 196. Quid si presentetur habens
jam beneficium incomparabile cum eo, ad
quod presentatur?*

Respondeo: illum non posse institui à Superiore
(intellige, nisi prius dimiserit) sed debet illum
Superior habens jus instituendi remittere ad Sedem
Apostolicam pro utriusque beneficii retentione.
Nec obstat, quod jura loquantur hac in parte solum
de collatione, quæ debet esse libera sine conditio-
ne; cum certum sit, idem esse in institutione, quæ
in hoc pari passu ambulat cum collatione. Corrad.
l. 4. c. 6. n. 28. citans Roch. & Rotam.

*Questio 197. Quis instituendus, dum unus
presentatus est ab existente in quasi possessio-
ne presentandi, alter autem à proprietario;
unus à pupillo, alter à tutore, unus à marito,
alter ab uxore?*

Respondeo ad hoc responsum satis suprà, ubi ac-
tum, ad quem spectet jus presentandi.